

## Franckesche Stiftungen zu Halle

### **Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...**

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum  
Supplementis atque Indicibus necessariis

**Fischlin, Ludwig Melchior**

**Ulmæ, Anno M.DCC.X.**

**VD18 90845382**

[Wilhelmus Fridericus Luzius]

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

**urn:nbn:de:hbz:5:1-216309**

Herberstein, adolescente, ejusque Præceptore  
Wolffango Bachelbelio, terram sanctam perlustra-  
vit, & Iospes Augustam Vindelicorum reversus est  
d. 20 Octobris, An. 1581. Postea Norimbergam  
vocatus Ecclesiæ in Templo S. Mariæ Pastor evasit.  
Iter suum in Orientem & Hierosolymam usque ver-  
nacula linguâ cum plurimis figuris ligno insculptis,  
typis evulgavit, cumque peritus fuisset artis pictoriæ,  
postea vivis coloribus illustratum Biblioth. Norim-  
bergenfi dono dedit. Memorabilia scripsit libr. 3.  
c. 32. de sepulchro Christi sacrum quendam horro-  
rem incutiente & devotionem singularem ingredien-  
tibus excitante. Vitam beatâ morte commutavit,  
An. Chr. 1622. ætatis 71. (a)

## Scripta.

*Itinerarium*, oder Reiß- & Beschreibung auß  
Teutschland nach Constantinopel und Jeru-  
salem in 2. Büchern/ Nürnberg/ 1620. 4.

*Alcoranus Mahometicus*, Teutsch/ der Türcken  
Alcoran, Religion und Uberglauben/ Nürn-  
berg/ 1623. in 4.

Zwo Predigten vom Ehstand/ 1609. 4.

De Scriptis ejus confer, Biblioth. Pafs. Germ. & Kö-  
nig. Bibliothec. p. m. 740.

Nat. 1551.

Clar. 1590.

Ob. 1597.

**WILHELMUS FRIDERICUS**  
**LUZIUS**, Theol. Doctor,  
Pastor & Superintendens Nördlingensis,  
primos vagitus edidit Tubingæ anno Chri-  
sti

(a) Freher. Theatr. p. 415. conf. Serpiliæ Epit. p. m. 57.

sti 15  
A quib  
frequ  
studio  
râ pr  
Würte  
Abba  
specti  
binge  
mora  
Mart  
secun  
giæ in  
lucen  
dum  
Mart  
die ap  
Diac  
verò  
nissim  
licum  
fus, il  
dovic  
cum l  
nam  
sidera  
fuitis  
contr  
cum  
berni  
Fesen



Anno 1551. d. 7. Martii, parentibus honestissimis. A quibus 1552. Nerolingham delatus, Lyceum ibi frequentavit. Inde Lavingam in Gymnasium 1559. studiorum causa ablegatus, sub Andrea Lopadii cura profecit. Elapsis aliquot annis in Collegium Wirtembergici Monasterii Anhausen receptus, sub Abbatis Johannis Isenmanni, Consanguinei sui Inspectione adolevit. An. 1567. in Academiam Tübingensem (quæ ob pestem Elslingæ tum commorabatur,) deductus anno 1568. Stipendium Martinianum intravit, primâ laureâ 1569. d. 3. Maji, secundâ 1570. d. 2. Augusti redimitus. Theologiæ incumbens, tres primæ magnitudinis stellas Prælucentes habuit, Jacobum Andrea, Jac. Heerbrandum & Theodoricum Sneyfium. An. 1574. d. 7. Martii Magister domus, quem Oeconomum hodie appellant, dicti Collegii electus, & anno 1576. Diaconia Uracensis Ecclesiæ admotus fuit. Cum verò Gabriel, Liber Baro de Schwarzenau, à Serenissimo Duce Wirtembergico, Concionatorem Aulicum expeteret, ipse Ratisbonam ad Baronem missus, illico receptus est. Paulò post à Michaële Ludovico Barone de Buchheim & Gellersdorff in locum Polycarpi Lyseri vocatus, & anno 1578. Viennam Austriæ à Wilhelmo Barone de Hoffkirch desideratus abiit. Motâ autem sub id temporis à Jesuitis de Religione Lutherana publicè exercenda contradictione, & Ministerio interea cessante, ipse cum filiis Domini sui in Angliam, Scotiam & Hiberniam iter fecit. Anno 1580. cum iisdem reversus Fesendorfii, uno milliari Vienna distante pago,

Pastor constituitur. Cum verò undique auditores ad conciones ejus confluerent, Jesuitarum instinctu in carcerem conjectus, sed per intercessorias statuum Provincialium, sexto die liberatus à Johanne Rubero, Hungariæ Superioris Generali Præfecto in Concionatorem Aulicum adscitus, Cassoviam migravit, ubi post Heri sui obitum Pastorum ac Præposituram à Senatu Oppidiano sibi collatam administrare cepit. Enimverò aëris impatiens lethalem in morbum incidit; Ideoque lectica in Oppidum, Scharos, delatus, donec Dei gratia convalesceret. Ex quo ad suos Nerolingham & 1585. Tubingam regressus, obtento d. 1. Martii Theologiæ Doctoris axiomate d. 27. Julii, anni ejusdem Pastor & Superintendens Ecclesiæ à Senatu designatus est. Uxorē duxit Dorotheam Heiderinam, quæ postea Johanni Wesembecio, Ulmensium Superintendenti nupsit. (a) Ipse Theologus erat, qui, juxta Frid. Franckii testimonium, lucidissimi sideris instar in Ecclesia fulsit. Judicio insigni præditus, & modestia in conversatione cum Collegis & aliis præcellens. Pie tandem ac placidè ex hac lacrymarum Valle ad beatam immortalitatem emigravit, d. 17. Aprilis, anno 1597. ætatis 46. Concionem exequialem habuit ex Dan. XII. 48. M. Fridericus Franckius, Diaconus, quam vide.

## Scripta.

Œichpredigt über Hansß Rüber / Greßherz zu Pügendorff / Tübing. 1588. 4.

JERE-

(a) *Freib. Theatr p. m. 366.*

JER  
la  
linga  
Chr.  
piis i  
stora  
cum  
ne vo  
& Su  
rato  
An.  
Eccl  
quo  
ager

TSR  
I  
Win  
exif  
gen  
Tul  
est  
stro  
si f  
run  
len  
nu  
Pa  
nor